¶ Pſalmus. Cxiij. in q̄ monet ad cultū ⁊ laudē veri dei.
Propheta narraturus aliqua beneficia exhibita popu-
lo iſrahelitico dicit.

In exitu iſrahel

Cum populus iſrahel qui dicit (do
mus iacob ex
iret de egipto ꝑplō barbaro) infideli et aſpero. Facta
ē iudea) locus (ſanctificacōis eius) q: i ea tēplū dn̄i edi
ficatū fuit vbi cultus fuit dei ⁊ doctrina legis ⁊ ꝓphetarū
(et iſrl' ſcūs ē exercitus eius) ad bellādū cananeos.
Mare) rubrū (q̄ſi ſi intelligeret volūtatē dei ſe in ptes
diuiſit retrahēdo ſe a medio) ut ꝑplus pede ſicco trāſiēt/
et qn̄ venerīt ad iordanē (iordanis ouſus ē retrorſum)
ꝟſus locū ſui origīs ut facēt eis viā. Mōtes ⁊ colles
materiā exultacōis dederīt) q: in trāſitu fluuij aaron ſco
puli incliati videbāt' applaudēter aduētui filioꝝ iſrl' et
trāſitui eoꝝ. ¶ Propħa ut excitet admiracōez interro-
gat vn̄ venerīt hec mirabilia q̄ fcā ſūt dicēs. Quid ē ti-
bi mare q᷑ fugiſti/ et tu iordanis q᷑ ouſus es retrorſū:
Mōtes exultaſtis ſic̄ arietes/ et colles ſic̄ agni ouiū:
Idem ꝓpħa reſpōdēs ait. A volūtate dei omnipotētis
cui obediunt etiā inſenſibilia iſta ꝓceſſerūt! ſicut enim ad
dei nutū (mota ē terra) qn̄ abſorbuit dathan ⁊ abyron/
ita mōtes et colles ⁊ aq̄ inſēſilib᷒ ad nutū dei mouētur.
Ipſe etiā eſt. Qui) in deſerto (ouertit petrā in ſtagna
aquarum/ et rupem in fontes aquarum.
Propħa in pſona bonoꝝ iudeoꝝ q: non meritis nr̄is
ꝓcedentibus facta ſūt iſta ſed tua miſericordia.
Nō nob) tribuat' gloria de p̄dictis miraculis ⁊ bene-
ficijs ſ; (ꝓptāti tue ut nomē tuū glorificetur) in gētibus
ꝟn̄ ſeq̄tur. ¶ Talia fcā ſūt. De miſericordia tua) id ē
ad declaracōem miſericordie tue/ qua ꝑplus iſrahel licet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pluries te offenderit miſericorditer tñ de ptãte gẽtium
liberati ſũt etiã (de veritate tua) .i. ad declaracõez verita-
tis tue / qua pmiſſa patrib⁹ abrahe yſaac ⁊ iacob adim-
pleuiſti (ne qñ dicãt gẽtiles) ydola colẽtes (vbi eſt de⁹
hebreoꝝ) ſi eni nõ adimpleuiſſes pmiſſiões pr̃ibus fa
ctas videretur gẽtib⁹ q̃ virtus tua defeciſſet.
Ad q̃ſtiõez gẽtiũ q̃rentiũ ubi ẽ deus nr̃ rñdẽt ſancti.
Deus aũt nr̃ in celo) licʒ eni vbiqʒ ſit p eſſentiam. po-
tentiam et p̃ſentiam / ſpecialiter in celo eſſe dicitur q̃ ibi
magis relucet ptãs eius / in celo ẽ potẽs ſup omẽʒ crea-
turã q̃ (oĩa q̃cũqʒ voluit) in corpalib⁹ ⁊ ſpũalib⁹ (fecit) p
quod omĩpotẽs apparet. ¶ Propha improbrãs ydola-
triam ait / deus nr̃ eſt in celo potens ſuper omnia / ſed.
Dij gẽtiũ q̃ ſũt ſimulacra) q̃ ad ſiſitudĩnẽ alicuius ho
minis mortui fingũtur nõ ſũt veri dij ʒ (argentũ ⁊ aurũ)
quo ad materiã de qua ſũt / in forma vero ſũt opa manu
um hominũ. ¶ Propheta deridẽs ydolatraꝝ ſtulticiam
deſcribit, ſimulacroꝝ eoꝝ impotentiam dicens.
Os habẽt ⁊ nõ loquẽtur / oculos habẽt ⁊ nõ videbũt.
Aures habẽt ⁊ nõ audiẽt / nares habẽt ⁊ nõ odorabũt)
Manus habẽt et nõ palpabũt / pedes habẽt ⁊ nõ am-
bulabunt non clamabunt in gutture ſuo.
Similes illis fiãt q̃ faciũt ea) .ſ. artifices ydoloꝝ ut ſic
ydola nõ vidẽt nec aliquẽ ſenſũ habẽt / ita factores ydo
loꝝ p̃uẽtur omĩ vigore aĩe et nõ ſolũ q̃ faciũt (ſed omẽſ
qui ꝯfidũt in eis) ab eis quaſi a deo petẽtes auxilium.
Propheta utilitatẽ xp̃iane religiõis cõmẽdãs ait gen-
tes cõfidũt in ſimulacris que iuuare non poſſunt.
Domus aũt iſrahel ſperauit in dño) ipm deuote colẽdo
(et dñs adiutor eſt eoꝝ) ad bene opandũ (et protector
eorum) contra hoſtiles incurſus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Domus aaron) ſummi ſacerdotis (ſperauit in dño) et
non ſine fructu (adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ eſt)
Quid p ſingula: oēs de quacūqꝫ ↄdicōe Qui timēt
dñm ſperauerūt in dño) et auxiliū in eo inuenerunt quia
(adiutor eoꝝ et ꝓtector eorū ē) ¶ Vere. Dñs) ad-
iutor eſt qm̄ dominus (memor fuit noſtri) dicunt filij iſra
hel nō meritis noſtris ſꝫ ex ſua miſericordia (et bñdixit
nobis) multiplicādo in nobis ſpiritualia et temporalia.
Benedixit domui iſrahel/ benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timent dñm/ puſillis cū ma
ioribꝫ) reges ⁊ ſbditos/ equalis ē illi oĩm cura de oĩbꝫ.
Nec bñficia fecit vobis et adhuc. Adijciat dñs) alia
bona cōferēdo (ſup vos/ et ſup filios vr̃os) Bñdicti
vos) tā maiores q̃ minores ſitis (a dño) per gratie ſue
infuſionem qui bene poteſt fideles ſuos bñdicere quia
ipſe ē (qui fecit celū ⁊ terrā. Celū celi) qđ ē celū empir-
reum. quod ē locus beatoꝝ (dño) ſibi retinēs tāq̃ domū
glorie ſue qꝛ in eo magis relucet gloria eius in angelis
et beatis (terrā aūt dedit filijs hominū) pro habitacōne
in vita preſenti. ¶ Ad hoc p̄cor ut bñdicas. ut iuſtifica-
ti digne te laudare poſſimus/ qꝛ. Mortui) in peccatis
(nō laudabūt te dñe) placita laude. qꝛ nō eſt ſpecioſa
laus in ore peccatoris (nec aliquis deſcēdētiū in infernū.
Sed nos qui viuimus) vita gratie (bñdicimus dño)
bñdictōne laudis/ incipiētes (ex hoc) pñti ⁊ cōtinuātes
et perſeuerantes in laudibus dei (ſemper ſine fine)

¶ Pſalmus. Cxiiij. in quo monet ad laudē dei
pro bñficio liberacōis a malis huius ſeculi.

Proph̄a deū quē dilexi p̄us ꝓpter ſe ⁊ ſup omnia.